

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Gratia Dei Ter Optimi, Terqve Maximi, Serenissimiqve Ducis Regentis,
Universitatis Nutricii Magnificentissimi. Disputatio Circularis Prior De Universalis
In Genere**

Rostochii: Literis Joh. Wepplingi[i], [1705]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100255991X>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1705

Hildebrand, Christian



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn100255991X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100255991X/phys_0002)

DFG

45.

712

J. J.
GRATIA

DEI TER OPTIMI, TERQUE MAXIMI,
SERENISSIMIQUE DUCIS, REGENTIS,
UNIVERSITATIS NUTRICII
MAGNIFICENTISSIMI.
DISPUTATIO CIRCULARIS

PRIOR

DE

**UNIVERSALI
IN GENERE**

QVAM
SUB PRÆSIDIO

**CHRISTIANI HIL-
DEBRANDI,**

PROFESS. DUGAL. ORDIN. PUBL. ET TO-
TIUS UNIVERSITATIS SENIORIS,

DIE ANN. MDCCV.

PLACIDÆ COMMILITONUM DISQUISITIONI
SUBMITTIT

RESPONDENS

JACOBUS CHRISTOPHO-

RUS Sandt /

DURLACO BADENSIS,
SS. THEOL. & PHILOS. STUD.

ROSTOCHII,

LITERIS JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & ACAD. TYPogr.

1705

GRATIA
DEI TERRA OPTIMA TRIGLO MAMBI
SERVATISSIMA DUCR REGEMAN
MUNERITATIS KARIC
MAGNIFICATUR
DISPUTATIS CIRGULATRIS
PRO
DE
UNIVERSITATI
INGENIERE
SUS VITAS
CHRISTIANI HIL
DEBRANDI
PROFESS. DUC ALGORISM. PEGEL ET TO
TIA UNIVERSITATIS DE TOL
EX MUNDO
TACIO COMPTONIS DISCOUNTO
SACRUM
RECONVER
ACADEMIA
BIBLIOTHECA
LIBRARIOS SINEQUANS
THEOLOGI ET PHILOSOPHI
ETC.

PRAEFAMEN.



Riusquam ad doctrinæ seu operis determinationem descendamus, pauca quædam de autore & scopo, quemlibet in hoc tractatu propositum habuit, præmittamus. Et initio sciendum est, doctrinam Universitatum seu Prædicabilium non esse Aristotelis inventum, licet in Organo eius reperiatur, eamq; quod ex ipsis Prædicamentis constat, non

ignoraverit. Sed potius autorem hujus operis Malchum cognomento Porphyrum, natione Phœnicem, patriâ Tyrium (sive ut Baron: Tom. I. Annal. pro certo affirmat) natione Judæum, Bataneæ, quæ est in Judæa, civitas, natum suse, prout Connimbr. in Proem. in Ilagog. Porphyrii referunt. Doctrinâ, quam in genere professus est, Platonicus fuit, id quod Scripta ejus dilucidè declarant. Præceptores habuit Plotinum & Longinum Criticum. De illo Marsilius inquit Quod hunc audit, Platonem se audire puret: aut enim in Plotino Plato revixit, aut Dæmon idem prius Platonem, deinde Plotinum afflavit. Hic, non solum Porphyrii Præceptor, sed etiam Zenobiæ, Palmyrenorum Reginæ à Consiliis fuit. Quem Eunapius vocat Bibliothecam vivam & lumbans museum, Condiscipulum salutavit Porphyrius Origenem ut Eunapius in ejus vita commemorat. Vixit autem Aureliano & Diocletiano, deinde Constantino, Imperatoribus. Cum autem Scholam suam audituris aperiret, inter alios Chrysaorium Romanum patricium auditorem habuit, cuius rogatu opus hoc edidit. Cum enim Chrysaorius Romæ agens, in Aristotelis Categories incidisset, nec eorum Intelligentiam asseveraret, a Præceptore, qui tunc ut videtur, apud Lilybæum Siciliæ promontorium in Atnæ ignis historia componenda occupabatur, per literas petiit, ut sibi hunc οἶον γράμματον in Ari-

Aristotelis Prædicamenta Conserberet libellum, atque id obtinuit. Ad hunc tractatum in specie, quod attinet, is nec Platonicae Philosophiae nec hæretici aliquid sapit, sed plane peripateticus & ex Aristotelicae doctrinæ fontibus hau-
stus est teste Regio prob. I. de Universalib. in genere. Liceat autem Porphyrius Apostata fuerit. A fide enim Christiana quam antea professus fuerat, ob levem aliquam causam defecit, & plurimâ contra eandem Scripta edidit, quæ partim ab Hieronymo, partim ab Augustino refutata sunt, tamen in Scholis Christianorum hodiè legitur: juxta monitum D. Augustini: Philosophi qui vocantur, si quæ forte veræ & fidei nostræ accommodata dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam injustis possessoribus in usum nostrum vendicanda. L. 2. de doctr. Chrys. c. 40. Inscrifitur autem hic tractatus *enzywyr* i.e. Introductio, quæ nihil aliud est, quam Institutio, quæ quis à primis elementis in aliqua arte seu doctrina imbuatur. Ita Porphyrius Chrysaorium suum præente hac doctrina de quinque Vocibus, Genere videlicet, Specie, Differentia, Proprio & Accidente (quæ comuni nomine Universalia appellantur) imbuere voluit in meliori & vera Prædicamentorum cognitione, qui primarius Porphyrii scopus fuit. Nos itaque hac Dissertatione, DEO gratiam largiente, de Universali in genere acturi sumus.

§. 1.

Universalia esse, certissimum est, de quo dubitare, amentia est, inquit Sanchiez in Comm. in Arist. Logicam Quæst. 33. p. m. 233. Quæ conclusio communis est omnium conceptio, uno excepto Epicuro.

§. 2. Probatur partim ratione, partim experientia: Ratio desumpta ex Thomae Aquin: Opusculo 55. Nam secundum Arist. I. Meth. cap. 1; Omnis homo naturâ scire desiderat. Sed Scientia pro hoc statu, non est singularium, sed Universalium. E. Universalia sunt. Nam quæ sunt infinita & incerta

sciri

714

seiri non possunt. Sed singularia sunt talia E. sciri non possunt. Ergo scientia debet esse de Universalibus, i.e. de rebus ut stant sub universitate, cum desiderium naturae non sit frustra, quod omnino esset, si nullus scientiam asseqveretur pro hoc statu. 2. Experientia probatur. Nam experientia compertum est, nos intelligere hominem in communi, non intellecto Petro aut Paulo. Sed ille homo in communi cognitus est universalis, quia affirmabilis est de multis. Ergo Universalia sunt. Et quia haec Veritas est communiter recepta, non ampliore indiget confirmatione.

§. 3. Dicis, quod de DEO possimus habere scientiam, qui est aliquid singulare. Resp. Homo non solum inclinatur ad habendam de DEO scientiam, sed etiam ad habendam scientiam rerum naturalium; sed illa scientia est Universalium E. Universalia sunt. Et praeterea, quia scientiam, quam pro hoc statu de DEO habemus, sub quadam ratione communi habemus E. Universalia esse necesse est. Quia cum Intellectus noster pro hoc statu cognoscat per abstractionem a phantasmatibus, debet primario cognoscere Universalia & singularia secundario. Et ad habendam de DEO scientiam, debent præcedere multæ demonstrationes rerum naturalium, & illæ debent esse Universalium. E. sunt Universalia.

§. 4. Notes autem velim, quod hocce Verbum substantivum (esse) non significet esse existentiae, sed significat esse, quod Universalia habere possunt quocunque sit illud, ut accurate optimeq; notat Cajetanus in l. Posterior. Aristot.

§. 5. Qvod ad opinionem Epicuri ejusque

A;

secta.

sectorum, summam felicitatem, uti Sanchiez ex
Thomæ Aquin. Opus. 55. refert, in corporis volupta-
tibus constituentium, attinet, dixerunt, nihil esse
præter id, quod sentitur ac videtur: ac subinde nega-
runt Universalia esse. Et licet hæc opinio, suam
ob apertam falsitatem, non egeat quādam impugna-
tione; arguitur contra illam: Nam dum isti Phi-
losophi, seu potius Philosophiae destructores, asse-
rebant, omnia esse singularia, quādam propositione
nem affirmabant, quæ rebus omnibus competere
poterat, nimirū & huic homini & illi. Nam hic
homo erat singularis & hinc equus, & cætera. Ergo
illud Prædicatum singulare, erat Universale, quia
prædicabatur de pluribus. E. Ipsi dum dicebant,
omne, quod est in mundo esse singulare seipso de-
stribuerant, quia in illa propositione aliqvid erat u-
niversale. Et dum ipsi dicebant, animam esse quod-
dam corpus subtile. Jam anima illa erat subtilis,
nam prædicabatur de hac anima & de illa, atque ita
asserebant quādam propositionem, quæ secundum
ipso animæ competere poterat: ipsi ergo se defrue-
bant, & dum universale negabant, id affirmabant.
Insuper hoc præstat homo cæteris animalibus, quod
illa non nisi singularia percipiunt: Homo vero per
Intellectum aliqvid magis excelsum agnoscit & ista
sunt universalia, quia cognoscit Petrum & Paulum,
eandem hominis habere naturam: Et cum illa sin-
gularis esse non possit, subinde Universalis esse de-
bet.

§. 6. Inter Doctores autem disceptatur,
quodnam sit hujus tractatus de Universalibus seu
Prædicabilibus subjectum. Quidam quinque ipsas
Vo-

715

Voces, utpote Genus, Species &c. Subjectum esse
hujus tractatus affirmant, qvatenus utiles sunt ad
Prædicamentorum Doctrinam cognoscendam.

Confer Ammonii Præfat. in Porphyr. Item Boeti:
Dial. prim. col. 2. Et Averrois Prolog. magn. in Posteri

§. 7. Nonnulli autem uti Scotus q. 7. in hunc.
librum, ejusque Subtilitatis admiratores lectatores.
que & Loyanienses, Subjectum hujus tractatus, Uni.
versale esse, reantur. Et si rem penitus inspicia.
mus, deprehendimus, utrosque verisimilibus niti
rationibus.

§. 8. Priores assertum suum his roborant ar.
gumentis. 1. Objectum operis aliquius illud est,
qvod autor explanandum proponit. Sed Porphy
rius has quinque explicuit voces. E. ipsæ voces
sunt materia subjecta. 2. Chrysorius explanatio.
nem harum vocum à Porphyrio petuit ad intelligen.
da Aristoteles Prædicamenta. E. Si Porphyrius
respondit ad rem, hanc ipsam inculcavit 3. Lo.
gica tota est de sermone. Hic Liber de Prædicabi.
libus est Logices pars. E. illius est sermo utique
non alius, quam hæ quinque voces.

§. 9. Postiores sequentibus militant ratio.
nibus: 1. qvia Universale est unum. Et argumen.
tantur. Cujuscunque tractatus subjectum, qvad
fieri potest, unum esse oportet. Universale est u.
num. Ergo Universale est hujus tractatus Porphy.
rani Subjectum. 2. Qvia expositio universalis
pertinet ad Logicam, in qvâ ex professo & univer.
sum traditur. Exinde tale necesse potest argumentum:
Qvicquidex professo & universum intractatu aliquo
traditur illud est ejus Subjectum proprium. Atqvi
expli-

explicatio Universalis pertinet ad Logicam & ex professo & universim in illa traditur. Ergo concedendum est, qvod in hoc tractatu Universale proprium illius sit Subjectum.

§. 10. Nos praeuentibus Conimbric. in Proem. in Isag. Porphyr, accedimus ad sententiam Scotti & Lovaniensium, afferentium, Universale esse hujus tractatus Porphyriani Subjectum. Non tam secundum rationem Universalis, quam Prædicabilis. Cum enim quinque Voces non sint unum, nec habeant unitatem, nisi in Universali in communi; non quoque possunt Subjectum Isagog. Porphyrii esse sed relinqvitur Universale, qvod sit eius Subjectum.

§. 11. Jam procedimus ad Universalis definitionem. Doctores autem primæ Philosophiae non stomachabuntur, si extra Logices oleas, aliquantò vagantes, in Metaphysics vireta excurremus, potius, ut hanc doctrinam dilucidioram lectori tradamus, facile permittent, auguror.

§. 12. In hac doctrina autem Universale & Prædicabile indifferenter usurpantur, & unum idemque quamvis diverso modo, ut in §. 26, docebitur exprimunt.

§. 13. Universale latissime acceptum, est unum quoddam ad multa pertinens vid. Jac. Martini Exerc. Metaph. Exerc. 8. p. m. 276.

§. 14. Tribuitur autem & incomplexis & complexis. Universale complexum est propositio integra, & quidem *vel illa* cuius Subjecto Universale signum est appositum ut O. homo ratiocinatur, O. animal sentit. *Vel illa* in qua Prædicatum omni sub-

726

subjecto per se & qvat. tale est, cōpetit, ut cāni(s.) latrat. Sed de hoc non agitur h. l.

§. 15. Universale incomplexum variis dici-
tur modis (1.) enim datur Universale in CAUSAN-
DO, & dicitur Universalis, quæ influit actione, ex
parte ejus ita indeterminata & indifferente, ut simul
eodem modo in plures diversissimæ naturæ effectus
influat aut influere possit, ut DEUS. Stahl. in ta-
bell. Metaph. XI. p. 72. (2.) Datur Universale IN RE-
PRÆSENTANDO, qvod rem in Universali, sine
omni causa individuante repræsentat, ut cum for-
matur conceptus hominis in Universali, qvo repræ-
sentatur communis natura hominis, non habita
ratione ullius singularis, Conceptus hujusmodi di-
citur Universale in repræsentando. B. Bechm.
de Univ. s. Prædicabil. p. 35. Toletus Universale in
repræsentando describit, qvod sit id, quod multo-
rum est similitudo, ut imago, inquit, est in men-
te artificis Universale, quia multorum artificiato-
rum exteriorum est similitudo & exemplar, *de U-*
niversalib. Q. I. (3.) Datur Universale IN SIGNI-
FICANDO, quod significat rem Universalem, seu
quæ multis inesse apta est. e. g. Homo significat na-
turam humanam in universali, equus, significat
naturam equinam, in universali. Unde dicitur Uni-
versale in significando. (4.) Universale interdum
opponitur particulari & sic Universale est, quod actu
in se omnes complectitur partes, vel quod ex omni-
bus est aggregatum, quo sensu Theologi Ecclesiam
vocant Universalem, eique particulares opponunt
Ecclesiæ. (5.) Denique Universale sumitur pro Uni-
versali IN ESSENDO, quod alio respectu dicitur
Universale in prædicando de quo h. l. B. Bechm. l. c.

B

§. 16.

§. 16. Sciendum autem est, quod Universale
duobus considerari possit modis; vel quoad conce-
ptum primum, seu quoad essentiam, vel quoad con-
ceptum secundum seu affectionem. Sub priori rati-
one universale spectatur quatenus multis inesse
aptum est, hoc enim in universaliter primo concipitur,
& dicitur Universale in essendo. Posteriori modo
consideratur quatenus de multis praedicari potest.
Et sic Prædicabile in ordine ad Universale in essendo,
se habet ut proprietas seu affectio ejus. Seu univer-
sale in essendo ab universaliter in praedicando in eo
differt, quia hoc per causam, illud per effectum tra-
ditur. Causa enim, cur aliquid vere possit de multis
affirmari, ideo est, quia illud re ipsa est in multis, alio-
quin non posset vere de illis affirmari, si in eis non es-
set. Non quia Petrus est homo & in eo natura hu-
mana, ideo homo vere de Petro affirmatur. Et
quia albedo est in subjecto & ita re ipsa est album, i-
deo de illo album dicitur. Toletus de Universali. Q. I.
pag. 24. col. 2.

§. 17. Universale ab Aristotele definitur, quod
sit id quod (tanquam unum) pluribus naturâ aptum
est inesse L. 7 Metaph. c. 13. Cum enim natura una sit,
eo respectu univocè, & cum communis multis ea-
dem sit, ea ratione de multis Individuis praedicatur, ut
animal in singulis animalibus & homo in singulis
hominibus. Exerc. Scherbius Disp. de Univers. Th. VI.

§. 18. Itaque universale **primum** debet esse ALIQUID
UNUM. In hoc enim consistit prima formalis ratio
universalis naturæ, ut sit unum quodammodo. Quod
enim unum non est, universale non est, sed rerum

707

multitudo sive aggregatio J. Martini *Lib. I. Met. Exerc.*
§. theor. 5. In hoc quod dicitur (id quod) UNUM, in-
quam ET NOMINE ET RATIONE. Sic enim
Arist. L. I. c. 8. & 10. docet: Universa esse unum
quid, non solum Nomine sed etiam Ratione.

§. 19. Nomine RATIONIS non animi vel
mentis rationem, ut plerique falso existimarunt:
sed hæc una & eadem est ratione quæ unius sunt In-
tellectionis, dicimus. Atque ita cum omnes ho-
mines propter hanc solam rationem, nempe,
quod communione naturæ humunæ fruantur, in-
genere omnes, una & simplici ratione comprehen-
damus, dicimus, eos & ratione convenire & eandem
essentiam habere. Tum etiam & animal idem erit in
homine & eqvo, uti Arist. 7. *Metaph. cap. 13.* ait, sed
respectu generis. Vid. Prælaud. Scherbium loc.
cit. thes. 8.

§. 20. Hac ergo particula, excluduntur. 1.
Complexa, quoniam ut talia non sunt unum nomine.
2. Æquivoca, quia non sunt unum ratione. Ana-
loga vero, quia sunt unum quidem Nomine & con-
ceptu formaliter, ita quodammodo, unum ratione
sed inæqualiter participata, quodammodo sunt u-
niversalia seu communia. Id quod in causa est, ut
apud Arist. pleraque Analogia tum communia tum
universalia dicantur ut *L. 3. de partibus animæ in fine*
& 3. *Metaph. 3.* Ut id annotavit P. à Fonfeca *Instit.*
Dial. L. I. cap. 26. pag. m. 37 circa finem; propè. Talia au-
tem Analogia inæqualiter participata sunt, unum,
ens, bonum, & similia, ideo ab Aristotele quibus-
dam locis, universalia ista scilicet, unum, ens, bonum,
vocantur ut *Metaph. cap. 3. & 4.* cum ait, *Ens & u-*

num esse maximè universalia. Et L. 4. c. 1. tot. ait; Species unius quot sunt Species Entis. Quibusdam vero aliis locis, asserta negare videtur, ut IV: L. Metaph. c. 2. cum ait: Ens & unum non esse universalia & eadem in omnibus. Et I. Ethic. c. 6. ait: Bonum æquè a Ens non esse quicquam Universalia ac unum, quia in Prædicamentis omnibus reperiuntur. Sunt enim Universalia Analogia & Transcendentia, non Universalia Univoca, quæ vere sint Genera aut Species. Oportet ergò propriè universale, sit unum scil. incomplexum univocum. Toletus Q. 1^a d. univers. p. m. 21.

§. 21. Per nū Unum non intelligitur Unitas numerica, qvod enim hoc modo unum est, non potest pluribus inesse, qvod tamen ad universale requiritur, sed intelligitur unitas, per qvam id, qvod multis inest, secundūm unam eandem rationem omnibus illis inest: Sicut natura humana secundūm eandem rationem omnibus inest Individui, B. Bechm. L. 1. cap. 3. pag. 36.

§. 22. Dicitur inesse. Verbum inesse Toletus explicat & idem esse ait, qvod vere reip̄si conveniat. Id autem duobus fieri potest modis. Intrinsecè & secundum essentiam, ut esse hominem, vel rationale. Extrinsecè & extra essentiam, ut propria & accidentia, rebus ipsis convenientia. At non quoconq; modo Universale inest pluribus, sed ita, ut de illis quæ prædicari possit. Non autem satis est, ut nomen aliquod commune prædicetur de iis, quæ dicuntur plura secundūm aliud nomen: Sic enim nomina singularia, communia esse judicabuntur; Sed ut nomen aliquod dicatur commune, necesse est, ut

ut

nt prædicetur, de pluribus secundum idem nomen. P:
a. Fon. Instit. Dial. L. i. c. 26. Nam cum sic univer-
sale in sit pluribus utiq; prædicabitur: Et contra,
si verè de pluribus prædicabitur, verè pluribus ine-
rit Tolet: *De Univers. Q. 1. p. 24. col. 2.*

§. 23. Nota, quod aliquid *hoc modo* possit in-
esse multis, sit duobus modis, (1.) ut in illis, in qvi-
bus est non multiplicetur sicut v. g. essentia divina
in multis est, in tribus scil. personis, ut tamen in il-
lis non multiplicetur, cum una numerò essentia di-
vina sit in tribus personis. Et licet vocabulum De-
us, de tribus personis in Trinitate, Nomine & Re,
incomplexè & directè prædicetur: Verè enim se-
cundùm fidem Catholicam & Christianam dicitur,
Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus S. est Deus;
Tamen hoc non habet, ut Deus multiplicetur, mul-
tiplicatis personis. Neque enim ad singulas illas
hypostases ita per specificas Differentias sive cha-
racteristicas personales contrahitur, ut tot oriatur
Dii, quot dantur personæ. Quoniam non aliud Deus
est Pater, non aliud Deus, Filius, non aliud Deus Spi-
ritus S. adeoque non tres Dii, sed unus Deus est, qui
multiplicatis Personis minimè multiplicandus est.
J. Martini Exerc. Metaph. L. i. Exerc. 8. Theorem. 5,
(2.) Ut in illis pluribus, qvibus divisim inest, multipli-
cetur, seu ut ipsum fiat multa in multis. e. ad par-
ticularia sive singularia distinctim contrahatur, ut
homo, species illa universalis, apta est, ut in Petro,
Paulo, Thoma &c. divisim multiplicetur, sive ad illa
Individua contrahatur, ita ut de Petro dici possit,
hic homo, de Paulo, hic homo, de Johanne hic homo
atq; ita alias atq; alias homo. Nam licet Johannes

Sit homo, & Paulus sit homo ; Tamen Johannes non
est ille homo , qvi est Paulus neq; Paulus ille homo
est, qvi homo Petrus est. Est enim, uti diximus, alias
homo Petrus, alias homo Paulus, alias homo Johan-
nes, adeoq; sunt tres homines, Petrus, Paulus, Johan-
nes. J. Martin. l. c. Hac igitur Universalis affectione
â nomine & ratione Universalis excluditur DEUS.
Deus enim non est Universale quid, sed omnia qvæ in
in Deo sunt, maximè sunt singularia.

§. 24. Dicis, ut enim hoc nomen, Mundus, non
significat primò hunc mundum, sed mundum *absolutè*,
sub quo concipi possunt plures mundi ; Sic no-
men Deus, non videtur primò significare, hunc Deum,
sed Deum *absolutè*, sub quo proinde plures Dii con-
cipi possint. Qvare si nomen Mundus, qvia signifi-
cat mundum *absolute* commune est & Universale :
Pari ratione, nomen Deus commune seu Universale
erit. *Respond.* Longè aliter sentiendum est, de nomi-
ne Deus, atq; de nomine mundus, deq; ceteris hu-
jusmodi. Hæc significant res finitæ perfectionis,
quæ qvidem communi conceptu concipi possunt, ad-
ditionemq; singularis perfectionis recipere. Illud
autem significat rem infinitæ perfectionis, qvæ, cum
additionem perfectionis admittere non valeat, non
potest accipi, nisi ut designata & singularis. Deus
itaq; non potest mente concipi, nisi ut singularis. P.
à Fonseca *Instit. Dial.* L. I. c. 26. & 27. p. m. 39.

§. 25. Unde, ut aliquid sit universale, hoc
primum habere debet, qvod illa multa, quæ respi-
ciuntur ab universalí, multa sint in ordine ad natu-
ram importatam per universale, i. e. quod natura
importata multiplicata reperiatur in illis, sicut e.g.
natura

269

natura humana in Dario, Alexandro & aliis multiplicatur, ut plures numerō distinctæ naturæ sint in pluribus Individuis. Requiritur secundō, non solum, quod sit unum quomodo cunque, aliás Petrus esset universale, q̄ vi est unum; Nec sufficit, quod sit in multis, aliás omnes naturæ particulares, qvæ sunt in multis, essent universalia sed requiritur utrumque, & quod sit unum, & quod illud unum sit in multis. Sanchiez in Comm. in Arist. Log. de Universal. Q. 32. col. 1. Idem docet Thomas de Aquin. quando ait: De ratione universalis est unitas & communitas. L. de ente & essent. c. 4.

§. 26. Tandem in definitione Universalis in essendo additur: NATURA APTUM ESSE INESSE, Et sic Aristot. Universale non definivit per actum quod universale sit actu in pluribus, sed per aptitudinem inessendi, seu quod à multis, participari aptum est. Tolet. de Subjecto hujus tract. Q. I. pag. 32. col. 2. ita ut Universale aptitudinem habeat, ut sit in pluribus, sive simul, sive successivè, universale tamen utique censeri debet. Excellent. Mich. Piccartus Disp. de Univers. th. V. Dantur enim Universalia, quæ sicut inferiora non habent, sed specie & numero unum existunt, ita nec actu multis insunt ut Sol & Luna &c. Sufficit autem, quod universale aptum sit, non per potentiam externam, sed natura suā multis inesse. Sicut enim v. gr. plura individua Solis per naturam DEI absolutam possunt produci, ita in illis omnibus potest universalis natura Solis esse. Vide Thomae Commen.
in L. 7. Metaph. Lect. 13.

COROLLARIA RESPONDENTIS

Universalia ad Doctrinam de Definitione & Divisione exactam scitu & necessaria & utilia, ad exercitium vero ingenii, acquirendamque judicij promptitudinem, nec non ad ægitudinem animi levandam disciplinis mathematicis parum sunt ineptiora. Liceat ceterum subscribam judicio Nonneminus Personae, Dieu mercy, ne prend int'ret, à l'Universel à partersi, à l'effre de raison.

II. Logicam Cel. Philosophi in Dialect. & Analyt. sat accurate dividunt; quod si tamen sermo objectum ipsius recte dicitur, non minus aptè 4. constituantur Partes; tot namque Mensis operationes principales apprehendimus. Prima Simplicitè aliquid concipitur; Nec obstar quod in se præceptis dirigi aequaliter, de quo accurate Præcell. Dn. M. Epinus thes. 3. Disp. 3. Thes. Philos. Salva enim autoritate aliorum, (qui observant Ideam exemplari non semper respondere, quod itidem negari non potest, nisi quod simplicium simeplex apprehensio, à præconcepta eorum dijudicatione, idea nominis, à conceptu rei, confusa claris probe discerni debeant, id quod secundè mentis operationis est) concedo, hoc sub respectu non recte hac de re agi in hac parte. Qvoniam autem conceptum natura, ab objectis differentia, simplicitas & compositio, universalitas, particularitas, singularitas, claritas, in se spectari possunt, peculiarem merentur locum, uti fontes à rivis, fundamentum ab ædificio, rite recteque discernuntur. Cum pars dein Sec. eò commodius tractet, de Idearum compositione, divisioneque i. e. de propositiones ejusque partibus & affectionibus. At quoties difficile rei momentum rationis imbecillitas una propositio non attingit, sed unam ex altera, hancque rursus nonnunquam ex alia colligat, opus habet? hinc III. agit de Syllogismis. Qui hic acquiescunt suis haud sunt dissimiles, qui ligna cedere docent, modum in ædificio eadem coaptandi retinentes; Hinc quarta à peritioribus additur in qua singulis argumentis proprius monstratur locus & ordo. Endocrinam de Methodo. Cujus præcipuz Regula: à facilitibus ad difficultioribz, à simplicibus ad comp. progre diendum; vix unquam melius quam hac ipsa tractatio satiskeri existim.

III. Hominis proprium in 4. modo aut non est, risibile esse, aut quævis alia, quidvis agendi potentia est. Si enim facie spectes ceterorumque membrorum motum; bruta, gestus quolibet experientia, dari, quid repugnat? Si comitem illi rationem notes, cur saltabilem, ludibilem, miscabilemque pro proprio non agnoscas? Et tum qvoniam sub uno conceptu inferiora rectius exprimuntur, facultas membras sua rationaliter movendis hominis proprium stricte tale dicendum foret.

IV. Ita dispyntare, ut penes Respondentem maneat veritas, Philosophos non decet.

V. Quod hodie Theologis fanioribus sunt Fanatici, id olim parvioribus Philosophis fuere Scholasticæ, de quorum Theol. & Philos. Magnif. DECFT, Patronum noster Maxime Vener. quid judicet vid. Coll. Hist. Sec. XVLc. II. Tertium.

¶ (O) 50




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn100255991X/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100255991X/phys_0019)







the scale towards document

74

rio, Alexandro & aliis multo
numerō distinctae naturae sint in
Requiritur secundo, non so-
lo quomodo unque, alias Petrus
est unum; Nec sufficit, quod
unes naturae particulares, qvæ
at universalia sed requiritur u-
nus, & quod illud unus sit
in Comm. in Arist. Log. de
pl. I. Idem docet Thomas de
De ratione universalis est uni-
us de ente & essent. c. 4.

em in definitione Universalis
NATURA APTUM ESSE
istot. Universale non definit
ersale sit actu in pluribus, sed
actu, seu quod a multis, parti-
coler. de Subjecto hujus tract. Q.
Universale aptitudinem habe-
sive simul, sive successivè, u-
e censi debet. Excellent.
de Univers. tbi. V. Dantur e-
sicut inferiora non habent, sed
m existunt, ita nec actu mul-
ta &c. Sufficit autem, quod
non per potentiam externam,
in esse. Sicut enim v. gr. plura
atram DEI absolutam possunt
omnibus potest universalis
Vide Thomæ Commen.
Metaph. Lect. 13.

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.